Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

te in toto corde suo. Benedic. Re-
spondens anna. nequaquam inquit
domine mi. Nam mulier infelix nimis
ego sum. uinum q; & omne qd in
ebriare potest non bibi. sed effudi an-
mam meam in conspectu domini. Ne
reputes ancillam tuam quasi unam
de filiabus belial. quia ex multitu-
dine doloris & meroris mei loqu-
ta sum usq; in presens. Tunc heli ait
ei. Vade in pace. & dns ds israhel
det tibi petitionem tuam quam rogasti eum.
Et illa dixit Inuenam inueniat
ancilla tua gratiam in oculis tuis.
℟. Domine si conuersus fuerit populus
tuus orauerit ad sanctuarium tuum et ex-
audies in celo domine et liberabis eos
de manibus inimicorum suorum. ℣. Si pecca-
uerit in te populus tuus et conuersus e-
gerit penitentiam uenensq; orauer-
it in loco isto. Tu exaudies. Et
abiit mulier in uiam suam & co-
medit. uultq; illi non sunt amplius
induersa mutati. Et surrexerunt
mane & adorauerunt coram domino.
reuersiq; sunt & uenerunt in
domum suam ramatha. Cognouit
autem helchana uxorem suam.
& recordatus est eam dnis. Et factum
est post circulum dierum con-
cepit anna et peperit filium. uo-
cauit q; nomen eius samuel. eo
quod a domino postulasset eum.

℟. Audi domine ymnum et orationem quam
seruus tuus orat coram te hodie ut sint
oculi tui aperti et aures tue intente
super domum istam die ac nocte. ℣. Re-
spice domine de sanctuario tuo et de ex-
celso celorum habitaculo. Super domum.
Ascendit autem uir helchana
& omnis domus eius ut immola-
ret domino hostiam sollempnem et
uotum suum. & anna non ascendit.
Dixit enim uiro suo. Non uadam
donec ablactetur infans & ducam
eum. & appareat ante conspectum
domini. & maneat ibi iugiter. Et ait ei
helchana uir eius. fac qd tibi bo-
num uidetur. & mane donec ablac-
tes eum. porro ut impleat dns
uerbum suum. ℟. Peccaui super nume-
rum arene maris & multiplicata sunt
peccata mea & non sum dignus uidere
altitudinem celi pro multitudine iniqui-
tatis mee quoniam irritauit iram tuam
& malum coram te feci. ℣. Quoniam
iniquitatem meam ego agnosco et de-
lictum meum coram me est semper tibi
soli peccaui et malum. ℟. Recordare do-
mine testamentum tuum & dic angelo percu-
tienti cesset iam manus tua ut non deso-
letur terra & ne perdas omnem animam
uiuam. ℣. Quiescat domine ira tua a
populo tuo et a ciuitate sancta tua. Vt non.